

## Psalmus responsorius

Ps 33, 2-3. 4-5. 6-7. 8-9 (R̄: 9a)

R̄. Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

<sup>2</sup> Benedícam Dóminum in omni témpore,  
semper laus eius in ore meo.

<sup>3</sup> In Dómino gloriábitur ánima mea,  
áudiant mansuéli et læténtur. R̄.

<sup>4</sup> Magnificáte Dóminum mecum,  
et exaltémus nomen eius in idípsum.

<sup>5</sup> Exquisívi Dóminum, et exaudívit me  
et ex ómnibus terróribus meis erípuit me. R̄.

<sup>6</sup> Respícite ad eum, et illuminámini  
et fácies vestræ non confundéntur.

<sup>7</sup> Iste pauper clamávit,  
et Dóminus exaudívit eum  
et de ómnibus tribulatió nibus eius salvávit eum. R̄.

<sup>8</sup> Vallábit ángelus Dómini in circúitu timéntes eum  
et erípiet eos.

<sup>9</sup> Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus;  
beátus vir, qui sperat in eo. R̄.